

enim jam in abyſſo Satanas et archidæmon ab angelo, ut ex Apocalypſi paulò ante audimus, clauſus tenetur, ſuos tamen veluti emiſſarios canes ubique habet, ita et libidinum rex, etiamſi Ægyptiacis montibus coerceatur, ſuos tamen, qui interea non ferientur, varias in partes et loca, inquinatiſſimos ganeones, iyn-gas et cupidines emittit, quemadmodum et de ebriis laſciviſque dæmonibus Andrum profi-ſcientibus narrat in Iconibus Philoſtratus.

## QUESTIUNCULA XLII.

SPIRITALITER ASMODOEM EXPELLENDI MODI QUOT HINC ERUUNTUR? ET QUIS PRIMUS?

Libidinis fax, auctor et ſuaſor dæmon à nobis omnibus expelli debet dupliciter: primò, cum in nos auditum mollitur, antequàm intret ac vineat; deinde poſtea ſi ipſum forè, quod avertat Deus, intràſſe jam ac vicisse continge-ret. Ac poteſt quidem expulſio utraque variis modis, divinà cum gratià, fieri, ſed ſeptem tantum, quos è ſuperiore diſputatione nobis jam Tobias ſuggerit, contenti ſimus. In Tobia cauſe ob quas ſponſis aliis necem dæmon at-tulit, non fuerunt; ideòque omnium primò, eſt illud in expulſione priore, quæ repulſio tamen potiùs dici queat, utiſſimum, ut cauſe, ob quas, ut noſtram in arcem dæmon hic pervadit, noſque ſuam ſub ditionem adducat, di-vinitus concedi ſolet, omninò removeantur. Iis enim ſublatis, effectus quoque tollendos quis ambigat? Sunt verò cauſe illæ vel interiores vel exteriores. Et interiores vel in corpore, vel in animo latent. In corpore libidinem ex-citant cibi et potiones, vel abundantiores, vel delicatiores et fervidiores, quàm naturæ po-ſtulet neceſſitas, quàm requirat ætas, occupa-tiones, valetudo. Ex his enim ſanguis ſpiritus-que vitales copioſiores et exultantiores exi-ſtunt. Unde variæ poſtmodum earum, quæ libidini ſerviunt, partium, ardores et titillatio-nes. *Sine Cerere et Baccho friget Venus*, imò per Cererem et Bacchum ardet, furitque pen-ſitiis. *Nolite*, ait Apoſtolus Ephes. 5, *inebriari vino, in quo eſt luxuria*. « Si quid, ait D. Hiero-nymus ad Eutochium de Cuſtodià virginita-tis, in me poteſt eſſe conſilii, ſi experto cre-ditur, hoc primum moneo, hoc obteſtor, ut e ſponſa Chriſti vianum fugiat, pro veneno. « Hæc adverſus adoleſcentiam prima arma ſunt e dæmonum. Non ſic avaritia quatit, inflat e ſuperbia, delectat ambitio. Facile aliis care-mus vitiiſ, hic hoſtis nobis incluſus eſt. Quo-bet cumque pergitur, nobiſcum portamus in-

« micum. Vinum et adoleſcentià, duplex ineen-dium voluptatis eſt. Quid oleum flammæ e adjicimus? quid ardentem corpusculo fomenta e ignium miniſtramus? » Et Epist. de Viduitate ad Furium: « Non Ætnæi ignes, non Vul-cania tellus, non Veſuvius et Olympus tantis e ardoribus æſtuant, ut juveniles medullæ vino e plene et dapihus inflammata: » Ideòque cum generoſas alias adoleſcentuli S. Hilario-niſ palmas retuliſſet idem Hieronymus: « Quid e ait, faceret diabolus, quò ſe verteret? Qui e gloriabatur ante, dicens: *In cælum aſcendam, e ſuper ſidera cæli ponam thronum meum, et ero ſimilis Altissimo*; cernebat ſe vinci à e puero, et priùs ab eo calcatum fuiſſe, quàm e per ætatem calcare potuiſſet. Titillabat ita-que ſenſus ejus, et pubeſcenti corpori ſolita e voluptatum incendia ſuggererat. Cogebatur e tirunculus Chriſti cogitare quod neſciebat; e et ejus rei animo pompam volvere, cujus e experimenta non noverat. Iratus itaque e ſibi, et pectus pugnis verberabat, quaſ cogi-tationes cæde manus poſſet excludere: Ego, e inquit, æſelle, faciam, ut non caleitres; nec e te hordeo alam, ſed paleis. Fame te confi-ciam et ſiti; gravi onerabo pondere; per e æſtus indagabo et frigora, ut cibum potiùs e quàm laſciviam cogites. » In animo primæ e voluptariarum cogitationum ſcintillule niſi derepentè non tam extinguantur quàm oppri-mantur, in quàm triſtia, quibus caſtum alio-qui pectus deſlagret, incendia erumpunt? « Nolo, ait idem ſanctus Pater ad Eutochium, e nolo ſinas cogitationem eſcere. Nihil in te e Babylonium, nihil confuſionis adoleſcat. « Dum parvus eſt hoſtis, interfice; nequitia, e ne zizania creſcant, elidatur in ſemine. Audi e Pſalmiſtam dicentem: *Filia Babylonis miſera, e beatus qui retribuet tibi retributionem tuam*. « *Beatus qui tenebit et allidet parvos tuos ad e petram*. Quia enim impoſſibile eſt, in ſenſum e hominis non irruere innatum medullarum e calore, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut coperit cogitare ſordida, ſtatim e interficit cogitatus, et allidit ad petram; pe-tra autem Chriſtus eſt. » Eademque loquitur e Caſſianus lib. 6 Inſit. cap. 15, et S. Francis- alumnus quidam veriſſimus Juniperus, cum in quodam cœta variæ de vitiiſ hujus importu-nitate vincendâ dicerentur ſententiæ: « Ego, e aiebat, cum procul adventantem hunc inimi- e cum proſpicio, portas animi, bonis deſide- e riis, ſanctiſque cogitationibus occludo, et e interitùs ſublata voce: Procul, exclamo, oc-

« cupatus eſt diverſorii locus. » Tum, qui e præſens aderat, ſancto Francis eo ipſe cha-riſſimus olim diſcipulus Egidius: « Ego, e dixit, arma mihi Juniperi aſſumo. » Sed et e alia quædam graviora peccata, ſuperbia præ-ertim, et divinæ gloriæ aſpernatio, dæmonio e iſſi noſtra in corda portas pandunt, quemad- e modum ad Roman. cap. 4, v. 26, docet Apo-ſtolus, et Caſſianus lib. 12 Inſit. cap. 20, 21, e lib. 6, cap. 18. Jam ad exteriores cauſas perti- e nent multiplices admodum obſcenitatis ille- e cæbre, uti prava ſodalitã, ſcurriles ſermo- e nes, amatorii libelli, mulierum cohabitatio e et aſpectus. « Iſtò, ait è veteribus quidam, e illecebroſius fieri nihil poteſt: Nox, mulier, e vinum, homini adoleſcentulo. » — « Uritique e videndo feminam, » ut inquit alius. *Nun- e quid, ait Sapiens noſter Proverb. 6, v. 27, poteſt e homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut vesti- e menta illius non ardeant? aut ambulare ſuper e prunas, ut non comburantur plantæ ejus? Sic qui e ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit e mundus cum tetigerit eam. Quin et forniculo- e rum, inveſtiture et adoleſcentulorum om- e nium facies, natu etiam majoribus, interdum e periculoſas viri ſancti, de quibus tomo 7 reve- e rendiſſimus Baronius, indicârunt, et præcla- e rum eſt, quod iſtã in cautione, de S. Nicetio e Lugdunenſi episcopo, memoriæ proditum eſt e in Gregorii Turonenſis Vita.*

## QUESTIUNCULA XLIII.

QUIS MODUS ALTER?

Modus porrò Aſmodæum prohibendi alter eſt, multas ſeriasque contra ipſum preces e ejaculari, uti fecit S. Tobias. Hoc enim ge- e nus oratione proſtris ejiçi debet, Matth. 17, e prout à ſe quoque factum memorat S. Paulus e 2 Corinth. 12, vers. 8: *Propter quid* (id eſt, e propter ſtimulum carnis mee, angelum Sa- e tanæ me colaphizantem) *ter Dominum rogavi, e ut diſcederet à me*. Et D. Hieronymus ad E- e tochium: « Pallebant, ait, ora jejuniis, et e mens deſideriis æſtuabat in frigido corpore, e et ante hominem ſuum jam carne præmor- e tuã, ſola libidinum incendia bulliebant. Ita- e que omni auxilio deſtitutus, ad Jeſu jacebam e pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, e et repugnantem carnem hebdomadarum ine- e diã ſubjugabam. Non depudeſco infidelitatis e mee, quin potiùs plango me non eſſe qui e fuerim. Memini me clamantem diem crebrò e junxiſſe cum nocte, nec priùs à pectoris e ceſſaſſe verberibus, quàm rediret Domino

« increpante tranquillus. Sic nobis, ait Ca- e ſſianus lib. 5, cap. 6, Inſtitut., cordi eſt, e ægemon ſpiritale cum Apoſtolo legitimè de- e ceſſare, hunc immundiffimum ſpiritum ſu- e perare omni mentis intentione; non noſtris e viribus confidentes (hoc enim induſtria hu- e mana perficere non prævalet), ſed opitula- e tione Domini feſtinemus. Tamdiu namque e hoc vitio animam neceſſe eſt impugnari, e donec ſe bellum gerere ſupra vires ſuas ag- e noſcat, nec labore vel ſtudio proprio victo- e riam obtinere ſe poſſe, niſi Domini fuerit e auxilio ac protectione ſuffulta. » Et cap. 6: e « Reverè, inquit, cum in omnibus virtutum e profectibus, et cunctorum expugnatione vi- e ctiorum, Domini ſit gratia atque victoria, e in hoc præcipuè peculiare beneficium Dei ac e ſpeciale donum, et Patrum ſententiã, et e experimento purgationis ipſius, maniſeſti- e ſimè declaratur hiſ qui eam meruerit po- e ſidere. » Unde et aliorum etiam charitate no- e bis devictorum comprecatio rectè petitur, ut e plurimis lacrymis ignea nequiſſimi Aſmodæi e tela, Ephes. 6, vers. 6, faciliùs penitenteque e reſtringatur, quemadmodum faciebat illa e Matth. 15, que non ſolum dicebat: *Miserere e meſ, quia filia mea malè à dæmonio vexatur*; e ſed et deprecator Apoſtoloſ adhibebat, poſt e eoque clamabat. Abſit verò, ut quod in ſe e ſanctus deſet Auguſtinus lib. 8 Confess. cap. e 7, committamus: « Ego, ait, adoleſcens mi- e ſer, valdè miſer, in exordio ipſius adole- e ſcentiæ etiam petieram à te caſtitatem, et e dixeram: Da mihi caſtitatem et continen- e tiam, ſed noli modò. Timebam enim me me- e citò exaudires, et citò ſanares à morbo con- e cupiſcentiæ, quam malebam expleri quàm e extingui. »

## QUESTIUNCULA XLIIII.

QUIS MODUS TERTIUS?

Tobiam adjuvit variis modis ſanctus archan- e gelus Raphael. Tertius ergo modus eſt ipſum e ſanctorum angelorum cœlitumque auxilium, e quod bipartitum meritò ſtatuitur: Unum in e ſanctiſſimis ardentiffimiſque ipſorum præci- e bus, de quibus loco alio; tantum nunc mo- e neo, hoc in certamine, maximum ſine dubio, e à S. Raphaels patrocinio momentum poſſe e accedere. Ille enim eſt qui de Aſmodæo jam e pridem triumphavit; qui catenis onuſtatur in e extremas orbis ſolitudines extruſi, ibidem- e que miſerrimum deſixit. Alterum eſt imitatio. e « Nulli, inquit Caſſianus cap. 6, paulò ante



«citato, virtute, tam propriè carnales homines spiritualibus angelis imitatione conversationis æquantur, quam merito et gratiâ castitatis, per quam adhuc in terrâ degeneres, habent, secundum Apostolum, munieratum in cœlis; quod, depositâ corruptelâ carnali, habituros sanctos promittitur in futurum, hic jam in carne fragili possidentes.» Quia tamen angelis, etsi purissima, nullo tamen modo laboriosa et gravis castitas est, exemplis Josephi, Susannæ, aliorumque, tam multorum et tam nobilium hoc in gymnasio athletarum animos firmare licet. Quemadmodum illa, illustris Anitii sanguinis genus, faciebat, cum apud S. Hieronymum ad Demetriadem, sibi ipsi diceret: «Si te viciorum exempla non provocant, hortetur faciatque securam beata martyr Agnes: quæ et ætatem vicit et tyrannum, et titulum castitatis martyris conservavit.» D. Augustinus lib. 8 Confess. cap. 11, ancipitem, quam inter voluptatis et castimonie argumenta, pugnant, pugnam describit. Illæ vestem ejus carneam sceutebant, et submurmurabant: «Dimittite nos? Et à momento isto, non erimus tecum ultra in æternum? et à momento isto, non tibi licebit hoc et illud ultra in æternum? Tandem verò, aperiebatur, inquit, ab eâ parte quâ intenderam faciem, et quò transire trepidabam, casta dignitas continentie, serena et non dissolutè hilaris, honestè blandiens, ut venirem, neque dubitarem, et extendens ad me suscipiendum et amplectendum piæ manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri et puellæ, ibi juvenus multa et omnis ætas, et graves viduæ et virgines anus, et in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito te, Domine. Et irridebat me irrisione et exhortatoriâ, quasi diceret: Tu non poteris quod isti et ista? An verò isti et ista in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Qui in te stas, et non stas? Projice te securus in eum, noli metuere, non se subtrahet, ut cadas. Projice te securus, excipiet te et sanabit te.»

## QUÆSTIUNCULA XLIV.

QUIS MODUS QUARTUS?

Quartus modus est pia et religiosa Domini ac Salvatoris nostri Jesu acerbissimorum cruciatuum meditatio. Si enim, ut ex Augustino, Prospero et Bedâ vidimus, lascivum istum

tenebrarum hircum fumosa Dominicæ Passionis nota metu tanto perculit, quid ipsa et passio faciet? quid viva ejus, spirans, et penè loquens imago? Statim nimirum occurrit, cum in horto captus Dominus sit, amenitates nobis omnes esse despiciendas; cum laqueis et catenis victus fuerit, ipsis in honorem, nostros nobis sensus et carnis membra constringenda; cum alapis flagrorumque verberibus dirissimis corpore toto laceratus fuerit, nostrum nobis corpus meritò edomandum, et ne proterviat, jejuniis et flagellis castigandum; cum funestissima causâ nostrâ, cruci affixus fuerit, carnem quoque nostram cum vitis et concupiscentiis omnibus cruciendam. Hoc enim est quod in Psychomachia significat Prudentius, dum sobrietas, videns à luxuriâ mortales tam multos in servitutem abripi:

*Vexillum sublime crucis, quod in agmine primo  
Dux bona prætulera, defixâ cuspidè sistit.*

Et ubi nonnulla dixisset:

*Sic effata, crucem Domini ferventibus offert  
Obvia quadrigis, lignum venerabile in ipsis  
Intentans frenos, quod ut expavere feroces,  
Cornibus expansis, et summâ fronte coruscum,  
Vertunt præcipitem cæcâ formidine fusi  
Per prærupta fugam, fertur resupina reductis  
Nequiquam loris auriga, comasque madentes  
Pulvere sedat humi, tunc et vertigo rotarum  
Implicat excussam dominam; nam prona sub æze  
Labitur, et lacerò tardat sufflamine currum.*

Clamabat S. Bernardus: *Pudeat sub spinoso capite membra esse delicata; neque dubitandum, quin qui è toto illo sanctissimo corpore fluxit cruor plurimus et rubentissimus, is non gehennæ modò, sed et luxuriæ flammam omnes in eorum qui modò volunt pectoribus, extinguat.*

## QUÆSTIUNCULA XLV.

QUINTUS MODUS QUIS?

Quintus est, ut super carbones eosque vivos, jecur ponamus. *Carbones illos existimo esse Scripturas divinas. Hæ siquidem humanis vocibus, tanquam lignis quibusdam, et veritate omnium certissima, tanquam igni quodam cœlesti constant. Jecur verò quid nisi mens nostra est, quæ à sensibus quasi à ventriculo rerum cogitationem accipit, rationem, sententiarumque et judiciorum sanguinem omnem conficit, et hæc illæque diffundit? super vivos ergo carbones jecur collocat, qui ad sacerarum Scripturarum meditationem mente totâ incumbit; qui ad harum formam se suaque omnia conformat; cujus in iis otium co-*

gitatione omnis consumitur. Aurea planè divi Hieronymi ad Rusticum sententia est: *Ama scientiam Scripturarum, et carnis vitia non amabis.* Atque hæc ille sententiam non verbis tantum, sed factis etiam ipsis expressit, comprobavit. Paulò post enim: «Dum, ait, essem juvenis, et solitudinis me deserta valde larent, incentiva vitiorum ardoremque, naturæ ferre non poteram, quem cum crebris jejuniis frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat. Ad quam edomandam, cuidam fratri, qui ex Hebræis crederat, me in disciplinam dedi, ut post Quintilianæ acumina, Ciceronis fluvios, gravitatemque Prætoris, et lenitatem Plinii, alphabetum discerem, et stridentia anhelantique verba meditarer. Quid tibi laboris insumpserim, quid sustinerim difficultatis, quoties desperaverim, quotiesque cessaverim, et contentione discendi rursus inciperem, testis est conscientia, tam mea qui passus sum, et quam eorum qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Domino, quòd de amaro semine litterarum, dulces fructus carpo.» Fuit sanè Patrum memoria, vir doctrinæ et sanctitatis præstant Dionysius Ribelius. Is cum tam multa quantia ipsis in operibus videmus, legeret, scriberet, parùm Carthusiano dignam operam sumere, suorum nonnullis videbatur. Respondet ille tractatulo unico, multa in litterarum bonarum studio et cultu comoda inesse; hoc tamen unum maximum, quòd à carnis voluptatibus animum egregiè abstrahant, ejusque rei triplex afferri causa potest: prima, quòd sanioribus hominem consiliis imbuant, honestioribusque illecebris oblectent; altera, quòd hominem esse otiosum haudquam permittant, sed ad lectionem perpetuam, auditionem, meditationem invitent; et vix etiam, quæ corpori necessaria sunt, obire concedant. Possent quamvis copiosè ista probari, sed unicâ rursùm D. Hieronymi sententia contentus ero. «Facito, ait loco citato, aliquid operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum.» Homine verò divinarum litterarum studiis flagrante qui occupator? ut plane conleum illud dicere liceat:

*Nunquam tam manè egredior, neque tam vespere  
Domum revertor, quin te in (librorum) fundo  
conspicere*

*Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.  
Nullum remittis tempus, neque te respicis.*

Tertia demùm causa est, quòd attentâ hæc studiorum pertractatio, tenuissimos illos,

quibus vite sensuumque functiones obitus, spiritus conficiat, sanguinem exsugat, ut illatricem illam materiam omnem exhauriat. Hinc maieus in studiosissimis hominibus pallor, siquidem, catarrhi, cacostomachie, vel saltem multò minor, quam alioqui futura esset, corporis obesitas, pulchritudo, robur et valetudo. Aurelius Celsus in præfatione lib. 1: «Litterarum, ait, disciplina, ut animo præcipue omnium necessaria, sic corpori inimica est;» ideòque addit, sapientiæ studiosos medicinam maximè requisisse, «qui corporum suorum roborâ, inquietâ cogitatione nocturnaque vigiliâ minuerant.» Illud tamen observandum, ut superpositum carbonibus jecur non quoquo modo ardeat aut assest, sed in fumos et cineres totum redigatur, fumi ascendant, cineres descendant, et ambo Asmodeo graves, et ingrati. Illi videlicet eam cognitionem designant, quâ Deum Creatorem et Redemptorem nostrum, efficaci quoque sensu et actione cognoscimus et adoramus; hi verò eam, quâ nos ipsos, cineremque corporum nostrorum originem, et dissolutionem verè cognoscimus, de nobis claris nihil sentimus; intra modestè, christianæque demissionis gyrum nos continemus. O quam fumos cineresque istos horret Satan!

## QUÆSTIUNCULA XLVI.

SEXTUS MODUS QUIS?

Nisi piscis Jecori, et sufficienti efficiencie quidpiam divinæ dedisset Deus, quid contra demonem profuissent? Sextus itaque modus est, ut partim istis, quæ hactenus enumeravi, operibus, dignetur divina bonitas, tanquam instrumentis suis, vim quamdam indere, ut ad nos Asmodeo ne rimula quidem ulla pateat; partim verò, ut iis quæ eadem divina bonitas certissima gratiæ suæ instrumenta populo christiano data voluit, crebrè religiosèque utamur. Sacramenta dico, quæ cupiditatum fibras evellunt, concupiscentiæ incendia refrigerant, sanctitatem inserunt, hominis animum adversus omnes hostium machinationes obvallant, illosque terraefaciunt et longissimè propulsant. Est autem hoc in genere præcipua sacræ confessionis et Eucharistiæ vis. Illa hostis cuniculos omnes refodit, strages restaurat, vulnera persanat; ista robur membrum novum inspirat, à laboribus et asperitatibus omnibus invictos præstat, adversariis verò admodum terribiles efficit. «Tanquam leones, inquit orat. 61 ad populum S. Chry-



« solum, ignem spirantes, ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, et caput nostrum mente revolventes, et charitatem, quam nobis exhibuit. » Et paulo post: « Hic mysticus sanguis demones quidem expellit, et procul esse facit; ad nos autem angelos vocat, et angelorum Dominum. Ubi namque dominicum viderint sanguinem, demones fugiunt, concurrunt autem angeli. » D. Cyprianus sub sermonis de Nativitate Christi, finem: « In parvuli, ait, hujus nomine, cum hoste antiquo congregimur, et fortis armatus superveniente fortiore, de atrio antiquitatis possesso, potenter expellitur, et præsumptæ infestationis audaciæ silentium imperatur. Defectus carnis nostræ, quæ à primitivis fecibus originalis mali infecta languerat, ex Christi carne redditur fortitudo; et Sacramentorum communicatio, per quam illius corporis sinceritati unimur, nos in tantum corroborat, ut de mundo et de diabolo, et de nobis ipsis victoriæ potiamur; et sacramentali gustu vivificis mysteriis inhærentes, una caro et unus spiritus simus. » Unde et S. Bernardus serm. 1 in Cœnâ Domini: « Si quis vestrum non tam sapè modò, non tam acerbo sentit iracundiæ aut cæterorum humilium motus, gratias agat corpori et sanguini Domini, quoniam virtus Domini operatur in eo, et gaudeat, quòd pessimum ulcus accedat ad sanitatem. »

#### QUÆSTIUNCULA XLVII.

QUIS LUXURIE DEMONIS EXPELLENDI MODUS SEPTIMUS?

Modus tandem septimus, et extremus, thymamata et thuribula, quibus, divinæ majestati suavitatis odores quospiam adoleamus, complectitur, ut sunt preces, de quibus antea, jejunia, elemosynæ, aliæque pietatis munia. Sed apprimè utilia sunt quæ de omni carnis contagione cavendâ Deo nuncupantur vota, eorumque crebra iteratio. Novi ego, in Domino, quemdam, qui, si quando Asmodeum irrepentem et blandientem sentiat, illic casuatis, è formula, votum iterat, ut dum inferre dæmon plagam vult, luculentissimam ipsemet recipiat. Ita enim suo penè gladio jugulari Goliath, et incidit in foveam impius quam fecit. At si, quod faxit Deus nunquam, muros jam habere hostis, lethalemque animo plagam intulisset, ut ille dejiciatur, et ab eo illata plaga sanetur, fit ipsdem utrumque modis, quos adhuc exposui. Nam removendæ

primò causæ, ob quas Asmodeus, ut sempiternas ab eo penas feramus, addicti jam sumus, id est, ipsum per veram poenitentiam peccatum delendum, et ejus peccati occasio- nes penitus rescindendæ, ut intemperantia, otium, concubiinæ, cætera. Deinde multo cum gemitu et lacrymis à Deo venia petenda; rogandi etiam, qui in cælo beati jam sunt, et qui in terrâ beatitudinem illam æternam fide et charitate adhuc præstolantur, ut divinam nobis iram propitiare dignentur. Lege de Poenitentia Tertullianum cap. 10. Tertio, auxiliari nobis debent non preces tantùm, ut dixi, sed exempla etiam sanctorum, quos flagitiorum aliquando poenituit, ut Davidis, Pauli, Magdalene, similium. Sed Raphaelæ hic maxime opus, qui, nomini suo convenienter, acceptas ab hoste plagas medicetur, nostris è penetralibus Asmodeum exigat. Quarto, per Jesu Christi Domini et Salvatoris nostri passionem, per flagella, per vulnera, per crucem et mortem obstandus Deus, ut arceat à nobis velit angelum percutientem, nostrumque lapsum condonare. Quinto, super vivos contritionis, jejunii, illuviei et squaloris carbones jecur nostrum ponendum, ut in fumos summæque dimissionis cineres redigamus, in pristinamque Dei gratiam reponamus. Intendi etiam potest studiorum labor, lectionis assiduitas, meditationis contentio, ut et hoc in satisfactionis partem aliquam veniat. Sexto, ut omnia poenitentiae nostræ opera faciat Deus misericordiæ suæ instrumenta; rursùmque divina sacramenta, præsertim verò exomologeseos, adhibeamus. Septimò et postremò spei honorumque propositorum firma et seria Christo Jesu Domino et Salvatori nostro thymamata sufflamus.

#### QUÆSTIUNCULA XLVIII.

EXPULSUS ASMODEUS, REVERTI AN POSSIT?

Sanè quidem ad Saram reverti nunquam potuit, quia eâ conditione, ut ex sexti capituli Hebræo et Græco textu antea indicatum, expulsus fuit. Posse aliquin ejectos demones reverti declarat planus et immunus ille, qui Matthæi cap. 12, arida loca cum perambulasset, dixit: « Revertar in domum meam, unde exivi, » et, ut supra ibidem notatum, olim quidem Salomonici, jam nostri exorcistæ id studiosissimè agunt et elaborant, ut demonis non ostracismus, sed exilium sempiternum sit. In spiritali verò ex animis ejectione, patârunt apud D. Thomam 1 part. q. 114, art.

ultimo, nonnulli, non posse demones, quorum tentationi fortiter egregièque occursum fuisset, vel hominem illum, vel eum certè à quo superati prostratique fuissent, aggredi. Sed numquid à membris semel iterùmque repulsi hostes, acie in campis semel iterùmque cæsi fugatique, omnia belli consilia deinceps abjiciunt? An ipsæ aspides pugnam iterùm nunquam epessunt? At canes crebrò etiam repulsi et muscæ sæpius abactæ, rursùm redeunt, allatrant, et pungunt. De dæmonibus ergo cur aliter existimemus? An tam pudentes, tam ad nocendum ignavi? tam de suis artibus, et hastis desperantes? An eos, à quibus despecti et victi, tam in bono, Deique gratiæ fixos et constantes arbitrantur, ut suo amplius libero arbitrio abuti nequeant, non amplius probati, non seipos immutare? Quis verò illum unquam hostem fortis afflixit et contrivit, quàm, primo etiam præliò, Satanam Servator? Et tamen semel iterùmque sese afflicto ille et contritus erexit, ipsum triumphatorem invasit, manusque consenuit. Benè ipse D. Thomas, posse stratos demones in arma rursùm consurgere; sed tamen non nisi Deo permittente, qui, pro suâ immensâ bonitate, id cavet, ne hominum infirmitas nimio illorum impetu obruatur, perpetuamve dimicationem sustinere cogatur. Ea etiam demones superbia, ut inviolissimè ab eodem crebris refutari velit: ea in oppugnando molestia et labor, ut eum iteratò sumere nonnihil formidet; ea demùm divina in nos clementia, ut si generosè demoniorum alienjus appetitiones pertulerimus, victoriamque adepti fuerimus, illum quasi victum sub pedibus jacere, terram mordere, iramque et ignominiam suam devorare jubeat. Et ista olim etiam docuerunt D. Ambrosius lib. 4 in Lucam; D. Antonius apud S. Athanasium; D. Gregorius lib. 2 Moral. cap. 11, 20, 21; Cassianus collat. 7, cap. 21, collat. 8, cap. 15. Cùm ergo, felici pugna hostem istum nostrum fugaverimus, non illic è manibus arma deponenda, excubiæ omittendæ, pax et tranquillitas omnimoda credenda est; neque rursùm ita pavendum, quasi bello nullum unquam finem demon, qui sese modò fugæ dedit, facturus sit. Sed in statione quidem semper, quoad vivimus, manendum; bonâ tamen cum spe futurum vel cornua victus ille rursùm non erigat, vel pari ratione à nobis perpetuò vincendus sit, imò tanto faciliore quantò major jam victoribus Dei gratia est, animus alior et

erector, hosti vires minutiores, audacia fractior et abjectior.

#### QUÆSTIUNCULA XLIX.

SININE SEPTEM ANGELI CORAM DOMINO ASTANTES?

(Tob. cap. 12, v. 15.)

Rursùm Wittakerus contra Edmundum fol. 17. « Illam, ait, Tobie Raphaelem minime moramur, nec illos septem angelos agnoscimus, quorum ille meminit. » Sed effutitur istud ab eo impiè et imprudenter. Impiè quidem, quia contra diserias Scripturarum divinarum voces, Apocal. vers. 4, c. 4: *Gratia vobis et pax, ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est, et à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt.* Et cap. 3: *Hec dicit qui habet septem spiritus Dei.* Et cap. 5, vers. 6: *Vitâ Agnum stantem, tanquam occisum, habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, emissi in omnem terram.* Sunt et istis consentanea plura c. 15, 16, 17. Apud Zachariam c. 3, v. 9: *Ecce lapis, quem dedi coram Jesu, super lapidem unum septem oculi sunt, qui capite sequenti vers. 10, ita explicatur: Septem isti, oculi sunt Domini, qui discurrunt in universam terram.* En angeli septem, quos, contra sanctissimæ pietatis nostræ monumenta, hæreticus negavit. Imprudenter verò etiam loquitur; primò, hæretici, quod quidem sciam, omnes, Zachariam admittunt et ipsam etiam Apocalypsin Calviniani, ideòque contra suos omnes ista imprudens effudit. Deinde quia et contra magnum doctorem suum Bezam agit, qui Apocalypsis primo, septem hosce spiritus ait esse *divina majestatis stipitatores.* Dicit fortè tamen sepsiam, ipsos Apocalypseos et Zachariæ septem spiritus, non esse septem istos angelos. Sed clarè Apoc. 15 et 16, *angeli* vocantur. Et quemadmodum Apoc. 4 dicuntur esse in conspectu throni, ita etiam hoc loco, *astare ante Deum.* Rursùmque, sicuti Apoc. 5, dicuntur isti spiritus in omnem terram emissi; ita et Zachariæ 4, in universam terram discurrunt.

#### QUÆSTIUNCULA L.

POSSITNE PER SEPTEM ANGELOS ALIUD QUIDDAM INTELLIGI?

Cùm lidem sint hi septem angeli, qui apud S. Joannem et Zachariam septem spiritus, fit ut quod de spiritibus istis assertur, hoc in angelos istos septem conferri videatur. Trifarum verò spiritus illi exponuntur. Nam primò S. Anaberto, Ven. Bedæ, Ruperto, Haymoni,



D. Thomæ Ambrosiano Commentario in Apocalypsin, septem spiritus, sunt ipse Spiritus sanctus, qui ob septem illa gratiarum dona, quæ donare solet, septenario numero appellatur septem spiritus. Secundò ea ipsa septem dona, septem spiritus vocantur à Victorino Martyre, doctoribus etiam vetustis Hebræis et ecclesiasticis apud D. Hieronymum in Zachariæ caput quartum. Tertio demùm S. Anselmus tam Spiritum sanctum, quàm septena ejus dona interpretatur septem spiritus. Hæ tamen expositiones mystica potius videntur. Alioquin ipsum angelorum nomen repugnat. Neque enim Spiritus sanctus angelus est, neque ipsius charismata vel angeli sunt, vel unus quispiam septiplex angelus est. Deinde ista isti spiritus describuntur, ut *supposita*, quemadmodum theologi appellant, et personæ quædam omnino sint. Sunt enim in conspectu Dei, Apocalypseo 1, astant, Tob. 12; discurrunt, Zachariæ 4; plagas habent novissimas, Apocalypseo 13; phialas divinæ iræ effundunt, cap. 16; vestiuntur lino mundo et candido, præcinguntur circa pectora zonis aureis, Apocalypseo 15; loquuntur, cap. 16 et 17; vigilant, excubant et dimicant. Ideò enim oculi et cornua vocantur Apocalypseo 5 et Zachariæ 4. Quomodo ergo non personæ? Numerus eorum septenarius recensetur, et eorum unus ab aliis omnibus distinguitur, quomodo non personæ plures? Jam verò in Dei conspectu sunt et astant, velut ejus administri et apparitores. An in Spiritum sanctum, vel ejus dona id cadet? Nonne ipse Spiritus sanctus in throno considet, Patri et Filio æqualis? Vidit hæc Aretas in Apocalypsin, omninoque veros angelos esse septem spiritus pronuntiavit. Atque, ut conticescat Wittakerus, coram magistro discipulus, suum rursus Bezam ita loco citato scribentem legat: « Quòd septem hos spiritus nonnulli pro Spiritu sancto acceperunt, cum potest velis sit gratia, manifestè refelli et jure ex eo quod scribitur Apocal. 5, (v. 6.) »

## QUESTIONULA LI.

POSSITNE PER SEPTENARIUM ISTUM NUMERUS ALIUS INTELLIGI?

Constat duobus modis numerorum nomina quædam usurpari, primò, ut definitè numerum, qui exprimitur, significant; deinde, ut alium aliquem indefinitè, quemadmodum de septenario monet D. Augustinus cap. 55, lib. 5, de Doctrinâ christi; D. Hieronymus in Isaiæ

cap. 54. Lyranus ergo, Carthusianus et Hugo, septenarium hic indefinitè pro maximo quolibet numero accipiendum censent. Ribera verò in Zachariæ 5 et Apocalypsis primum, definitè, idque meritò. Quoties enim numerus quispiam sæpius, eadem appellatione, diversis in locis, adhibetur, definitè proprièque accipi solet, in re præsertim historicâ, cujusmodi hoc loco est, idèque septem propriè angeli hujusmodi sunt. Huic tamen septenario videtur officere non parùm ille à sancto Paulo, Rom. 16, salutatus Hermas, dum senarium is tantummodò constituit lib. 4, visione tertiâ. Cum enim turrim, quæ Dei Ecclesia est, magnam super Baptismi aquis, à sex juvenibus multisque virorum millibus ædificari vidisset, et hosce quidem esse angelos, qui lapides undique aptos afferrent, illisque juvenibus traderent, intellexisset, eam, quæ visum istud objiciebat, dominam interrogavit: « Illi juvenes sex, qui ædificent, qui sunt, domina? Respondit illa: Hi sunt angeli Dei, qui primò constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam struendi, ædificandi et dominandi creaturæ illius. Per hos enim consummabitur structura turris. » Et lib. 3, similitudine 9: « Ecce, ait, vidi venisse sex viros excelsos ac venerandos et omnes similes vultu, et vocæse quamdam multitudinem virorum, et hi, qui venerant vocati ab illis, et ipsi quoque excelsi et fortes erant. Jusserunt autem illi sex, eos turrim quamdam super portam ædificare. Iterumque sex illi jusserunt, ut ex quodam profundo lapides attollerent, et in ædificationem turris præpararent. » Et deinceps plura idem viri sex imperant. Tandem verò visio tota exponitur: « Qui turrim istam, quæ Ecclesia est, ædificant, omnes angeli sunt dignitate venerandi. His veluti muro cinctus est Dominus. Ille præcelsus et magnus, qui in medio sex virorum, circa turrim ambulavit, Filius Dei est; et illi sex, angeli sunt dignitate conspici, dextrâ lavæque eum circumstantes. » Ita Hermas, qui an sit ille, cui dicit Apostolus salutem, disputationis alterius est; nunc quasi is ipse esset, respondens, sex illos non ita nominari, ut absque septimus, quin verò hunc etiam illis adesse, sed illos quidem suam ipsos gerere personam, hunc alienam; ipse si quidem modò Ecclesiam, modò Christum Dominum præsentem refert, quemadmodum Exodi 5 et 18, ille, qui angelus cum esset, ut ait S. Stephanus Actor, 7, et illic

septuaginta Interpretes, Dei tamen vices tum obibat et dicebat: *Deus patris tui, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob.* Unde lib. 3, similitudine 9; is qui Herman erudiebat: « Volo, ait, ostendere tibi, quæcumque spiritus tibi ostendit, qui in effigie Ecclesie locutus est tecum. » Et postea, ut paulò ante audiebamus: « Ille præcelsus et magnus, qui in medio sex virorum, circa turrim ambulavit, et lapides de structurâ reprobavit, Filius Dei est, » idèque et residui septem angeli hujus unius latera utrinque claudunt, et eum magnoperè observant ac reverentur. Quo etiam fortè modo conspicuum sese D. Joanni dat Apocal. 1, v. 17, ille *similis filio hominis*, in medio septem candelabrorum, cum iste tamen ex hisce septem unus esset, quemadmodum in militum decuri ipse decurio decimus est, et in quinquagenario Atheniensium numero, eorum præfectus non extra numerum est, sed quinquagesimus.

## QUESTIONULA LII.

SINTNE ANGELI UNIVERSI PLURES QUAM SEPTEM?

Unicum tantummodò angelum esse, somniarunt olim hæretici quidam apud Dionysium Carthusianum 2 sentent. distinct. 3, quæst. 3, et tribuunt scholastici quidam eam Joanni Bacono sententiam, ut septem statuat angelos, plures omnino neget; citantque questionem ejus primam lib. 2 Sententiarum, dist. 10. Sed in libris horum nihil comparat. Sequenti tamen distinctione significat quidem ille, angelorum numerum parum videri; non tamen septenarium tantum affirmat. Septenario tamen isto numero majorem non admitterent, qui celos tantum septem arbitrarentur, simulque eam Aristoteleorum quorundam sententiam tuerentur, quæ censet tot tantum esse angelos, quot ecceli sunt qui ab illis moventur. Sed, missis de celorum numero et motore questionibus, statim disertè maximum angelorum numerum oracula divina enuntiant, dubitari ut nefas omnino sit. Nam Danielis 7, *millia militum ministrant Deo, et decies milles centena milia assistunt ei*; Job. 25: *Nunquid est numerus militum ejus?* Psalm. 67: *Curus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, quod veritè Chaldeus: Curus Dei multipliciter viginti milia et millia angelorum*; Matthæi 26: *Plusquam legiones 12*; Lucæ 2: *Facta est cum angelo multitudo militiæ celestis laudantium Deum*; Apocal. 5: *Audivi vocem angelorum multorum, et erat numerus eorum milia milium.* Maximam videlicet

multitudinem hæc *exercitus et militia celestis* nomina important locis jam citatis, et *castra Dei Genesios 52.* Et cum dæmones tam numerosi sint, ut in homine uno *legio integra* esse poterit, Marci 8, Lucæ, quanta bonorum sanctorumque angelorum erit multitudo? Videantur Patres, D. Hieronymus in Danielis 7 et 10; D. Gregor. 17 Moralium, cap. 7; Nysenus libro de Officio hominis; Dionysius celestis Hierarchie cap. 41.

## QUESTIONULA LIII.

QUOD ANGELI PLURES, QUAM SEPTEM.

Numerose admodum de angelorum numero sunt opiniones, à quibus 15 vel 16 operæ fuerit pretium audire: prima, æqualem hominum et angelorum numerum ait apud antiquum Questionem ad Antiochum; secunda, minorem hominum numero, apud Guillelmum Parisensem lib. 2 de Universo, et Magistrum Sententiarum lib. 2, dist. 11; tertia, esse majorem hominum numero decem partibus, apud S. Brigittam in Revelationibus; quarta, majorem eorumdem hominum numero nonaginta novem partibus, apud eundem autorem Questionem ad Antiochum, Cyrillum Catechesi 15; quinta, orbibus celestibus parem angelorum esse numerum, Aristot. libro 12, Metaphys.; R. Mose libro 2 More, cap. 7, sexta, esse omnes numero 500,655,072, apud Cabalicos Rabbinos, ut ait Archangelus in Commentario dogmatum cabalisticorum; septima, parem esse stellis, apud eundem Archangelum; octava, tot esse præcisè angelos, quot apud Danielem, cap. 7, numerantur; nona, omnia bonorum et malorum angelorum plena esse, apud S. Chrysost. Homiliâ de Ascensione; decima, esse infinitos, prout refertur et damatur in articulis Parisiensibus; undecima, esse plures individui speciei cujuslibet; duodecima, tantum esse numerum, quantus arithmeticus illius numerus est, qui hominum usu teratur, apud D. Hieronymum Danielis 7, et Guillelmum Parisensem loco citato; decima tertia, tot esse, quot rerum omnium corporearum individua sunt; decima quarta, quantò majora colorum corpora sunt sublimaribus corporibus, tantò esse ampliorum angelicarum naturarum numerum, rerum omnium inferlorum numero; decima quinta, esse innumerabiles, non quòd infiniti sint, sed quòd eorum à nobis numerus iniri non possit, quod sanè verissimum esse indicat vel ipsa duntaxat numerorum diversitas quæ in Scripturis



proposita est: in ea siquidem numeri certi pro inæertis ponuntur, minores pro majoribus, ita ut præcisè, quanto septenarius numerus superent, hominum calculo nullo subduci possit. Et sanè, tanta eos putandi disputandique varietas, quod nisi humanam inscientiam nostram profunderis?

## QUESTIUNCULA LIX.

EX INNUMERABILI ANGELORUM NUMERO, CUR SEPTIMUM POTISSIMUM TRADANTUR: QUID VETERES, QUID RECITANTES?

Varia prisci quidam hæretici de septem angelis apud S. Epiphanium tradiderunt. Etenim hæresi 23, Saturnilus, ab angelis septem mundum et quæ in eo sunt facta negabat. Idemque ipse et ejus frater Basilides, hæresi 24, mundum septem in partes dividebant, et angelorum istorum callibet partem, sorte veluti missa, tribuebant. Nicolaitæ verò, hæresi 25, similia comminiscabantur, et apud Philastrium septem demoniorum spiritus, è muliere nescio qua, cum diis, hominibus, angelisque aliis natos fabulabantur. Marcosii apud eundem Epiphanium, hæresi 34, septem cælos, septemque virtutes, quæ Deum glorificent, aini, quæ etiam Græcorum istis septem vocalibus significentur, α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ. Archontici verò, septem similiter cælos fabricantur, et in eorum singulis principem unum omniumque summum vocari *Sabaot*, qui diabolum genuerit, diabolus verò Cainim et Abel. Verum ex Geneseos principio, ubi non angeli, sed Deus creat cælum et terram, evanescent ferè hæc omnia. Nostro autem seculo Franciscus Georgius tomò 6, problemate 186, septem eos planetis præpositos autumat, eos ut regant, et per canales, nescio quos, cælestium ad nos fontium influxus derivent. Cornelius verò Agrippa libro 5 de occultâ Philosophiâ, cap. 24, antiquam esse Rabbiorum opinionem tradit, septem angelos septem planetis præsidere; cùmque eos, prout aliâ questione infra dicitur, nominasset, huic ipse opinioni subscribens: « Hi, ait, sunt spiritus illi septem, qui semper astant ante faciem Dei, quibus credita est dispositio regni cælestis et terreni, quod sub orbe lunæ est. Hi enim, ut dicunt secretiores theologi, omnia regunt vicissitudine quâdam horarum, dierum et annorum; quemadmodum de planetis, quibus præsent, tradunt astrologi, quos Trismegistus Mercurius ideò vocat septem mundi gubernatores, qui per cælos, tanquam per

instrumenta, coærvatis omnium stellarum et signorum influentis, eas in hæc inferiora distribuunt; » Joannes verò Tritemio integrum etiam libellum, quem imperatori Maximiliano I dedicat, de septem secundis, id est, intelligentis, sive spiritibus orbes post Deum moventibus, posteritati tradendum putavit, in cujus initio ita loquitur: « Veterum sententia est plurimorum, sapientissime Cesar, mundum hunc inferiorem, ordinatione primi intellectus, qui Deus est, per secundas intelligentias gubernari, quorum opinio et conciliator assentens medicorum, dicit septem planetis spiritus septem, à principio cæli et terræ, præfectos, quorum unusquisque quæ mundum annis gubernat recentis quinquaginta quatuor, mensibusque ex ordine quaternis. Huic positioni complures viri doctissimi hæcenus præbuerunt consensum. » Totoque libello singulis istis septem spiritibus annos illos suos 334 eorumque effecta persequitur et vicissitudine successioneque perpetuâ, rem eò totam deducit, ut cùm anno Domini 1508 scriberet, dicit ordine vicesimo, Gabrielem qui lunæ angelus est, mundi regimen recepisse anno mundi 6732, mense 4, die mensis junii 4, sive anno Domini 1525, sicque mundum ab eo gubernandum, usque ad mundi annum 7086, et mensem octavum, sive usque ad annum Domini 1879, mensem undecimum. Atque ad hæc opinionem, cùm solam libro toto explicandam, neque verbulo ullo confutandam aut improbandam dixerit, quin verò potius eam passim laudet atque comprobet, quin et ipse adhæserit, vix dubitarem, nisi verum esse mallem quod in principio illo subjungit, eam se positionem non asserere, sed referre. Et sub finem: « Non, ait, hæc assertivè scripsi, sacratissime Cesar, quibus, cum injuriâ et orthodoxæ fidei, nullâ est ratione credendum; » Iterumque vehementibus: « Manu, ait, meâ propriâ protestor, et ore confiteor, quod in his omnibus nihil credo, nihilque admitto, nisi quod Ecclesia credit catholica, cætera aut vana, conficta et superstitiosa refuto et contemno. » Veteres porrò sancti Patres (etsi hæc in re pauciores invenio) quod sentiant attingam, dùm probabilè saltem videri quid possit, deinceps inquiram.

## QUESTIUNCULA LV.

DE SEPTENARIÏ ANGELORUM NUMERI CAUSA EQUID VIDEATUR?

Vellem, quàm multos, et cascos, et nuperos

licuit, tam quoque bonos gravesque sententias hujus auctores proferre licuisset. Minus utique jam laboris, plusque multo veritatis obtingeret. Duo autem hæc in questione statim video: unum, posse generalem quandam numerum hujus causam asserri, et ut mihi quidem videtur, certò satis et probè, nimirum, ut septem isti præ angelis aliis, singularem quandam præstantiam obtineant. Cùm enim non angeli modò, sed et creaturæ omnes, ante Dei faciem suo modo stant, omnesque ad minimum ejus nutum eant redeantque, et, uti apud Job est cap. 38, vers. 55, dicant: *Adsumus, præcipua cujusdam dignitatis est, hos dici astare ante Dominum.* Nam quemadmodum præstantiore modo ante illum astant res animatae quàm inanimæ, homines quàm pecudes, boni homines quàm mali, angeli quàm homines, ita et isti septem, quàm angelii alii. Declarat hoc textus Hebræus, qui hoc in capite septenarii numero nomineque omisso, Raphaelem ita loquentem facit: *Ego sum ex principibus.* Nota, è principibus. Significatur enim eos, quos alii septem dicunt, eos celestes esse principes, præstantiâ quâdam insigni angelis aliis præcellentes. Atque ita sentiunt Aretas in Apocalypsin, S. Irenæus apud eundem, Clemens lib. 6 Stromatum: « Septem, ait, sunt, quorum est maxima potentia, principum angelorum principes, et per quos Deus omnibus hominibus providet. » Videatur et S. Hieronymus in Ephesiâ caput secundum, lib. 2 contra Jovinianum, in Isaia cap. 40, in Psalm 135. Alterum, quod istâ in questione video, est, posse deinceps queri amplius, eorumque verò hæc ipsa eorum præstantia sit, et unde petatur? Ad quod equidem, quod firmè constanter indubieque respondeam, non item video. M. Varro in primo librorum, qui inscribuntur *Hebdomades*, vel *de hebdomadibus*, septenarii, ut ait Gellius lib. 5, cap. 10, numerum, quem Græci *εβδομήκοντα* appellat, virtutes potestatesque multas variasque dicit, idemque monet Cicero in Somnio Scipionis, Macrobius in illud, Plato in Timæo, adeo ut à Pythagoræis non *εβδομήκοντα* vocaretur, quasi venerabilis numerus. Eundem Constantini Panegyrista, itemque D. Hieronymus in Matthæi cap. 15, perfectum cæstratumque numerum nuncupat, et in Amos cap. 5, ex Hippocrate aliisque commendat; uberius etiam S. Cyprianus lib. de Exhortatione martyrii; Clemens loco citato, et apud eum Berytus; Laurentius Andreas lib. 2

Anatomia cap. penult., Levinus lib. 2 de Naturâ Miraculis. Posset ergo aliquis vel ob ipsius septenarii numeri præstantiam et venerationem, vel ob ipsarum quæ eo numero comprehendantur, quibusque angeli isti præsidet, rerum quarundam excellentiam et dignitatem, suspicari septem istos angelis aliis præstare: verbi causâ, hos Spiritus sancti septem donorum, quæ supra quidam spirituum istorum nomine affliciebant, curam gerere, ut à divinâ majestate impetrentur, nobis communicentur, fructum in nobis edant. Rursum, præcipuâ quâdam ipsos potestate divinitus aucto, ad septem leihaliu peccatorum vim frangendam, eorumque auctores et concitatores diabolos retundendos ac profligandos. Alius, solis, lunæque, cæterorumque errantium siderum pulchritudinem cursu effecta suspiciens, in eam, quæ supra questione recensita est, opinionem eat potius, dicatque septem istis cælorum corporibus septem istos angelos merito præfectos. Posset etiam quis ratiocinari septem istos coram Deo astantes, esse vel alios atque alios, vel eosdem. Si alii atque alii essent, vel in orbem, Deo astarent, quemadmodum convivia fortè secundum hebdomadis dies, filii Job dabant; vel, arbitrari diverso, aliter, rursusque ut vel ex ordine uno essent omnes, vel è pluribus, verbi gratiâ, è duobus, tribus aut pluribus usque ad septem. Nam D. Hieronymus in Isaia caput tertium Hebræos laudat, qui sentiant, alio atque alio tempore, modo hos, modò illos angelos ministrare. Si idem essent, vel ex uno similiter ordine, vel ex pluribus, itemque vel in orbem ministrantes, vel arbitrari divino aliter, et vel simul omnes semper astent, vel ordine fixo statoque nullo, sed tantum prout à Deo jussi fuerint. Posset, inquam, ita de his variè secum quispiam philosophari.

## QUESTIUNCULA LXI.

DE EADEM SEPTENARIÏ ANGELORUM NUMERI CAUSA QUID ADHUC PRESSITUS?

Quæ cogitant occurrerunt tria, ut meliùs à aliis quiddam discere aliquando liceat, effari jam conabor.

Primum est, certi mihi nihil esse, maloque cum Areopagita Dionysio celestis Hierarchie cap. 6, D. Augustino Enchiridii cap. 56, inscitiam fateri, quàm, cum aliis in rebus, tum in cælestibus istis temerè quicquam constitueret. Potest enim aliqua esse gratiarum diversitas, quæ nobis ignota sit, ut in simili



quodam numero loquitur D. Hieronymus in Isaiæ caput 17: « Magis in istis, ait S. Augustinus lib. contra Priscillianistas et Origenistas cap. 9, temeraria præsumptio, quam cauta ignorantia culpanda videtur. Verè si quidem sancta spiritalis creatura Dei secreto atque occulto ministerio constituta est, » ut idem ait lib. 1 Retract. cap. 11.

Alterum est, videri septem horum spirituum et numerum et præstantiam, eo tempore divinitus patefactam fuisse, cum eorum aliquam similitudinem in Persicorum regum aula Israëlita vidissent, prout Esther 1 patet. Nam non nisi post Assyriæ, Mediæ, Persicæque monarchiæ aspectum, hic in sacris Hebræorum libris angelicus numerus est; sicuti apud Zachariam hi dicuntur oculi, sicuti apud Persarum reges, præstanti dignitate quidam fuerunt, qui dicebantur, oculi et aures, Xenophonte lib. 8 teste, Aristide oratione Paganæ, Chrysostomo orat. 5 de Regno, Tretze chiliad. 10, c. 350. Quid quod et cornua in Parthorum regum capitibus aurea, initio lib. 19, Amianus ostendit? Apud Herodot. lib. 6, Crium seu Arietem, cui præferrata cornua sint, legitimus, ut non miremur si et isti septem angeli apud eundem Zachariam cornua vocentur. Solet enim divina bonitas intrusati et supra illa, ingeniorum nostrorum inframissati, per ea quæ sub sensu cadunt, explicare, rituumque et locorum rationem interdum habere, quemadmodum quia parabolis oblectabatur Syria, non nisi in parabolis eis Christus Dominus loquebatur, Marci 4, versu 34, ut observavit S. Hieronymus in Matthæi cap. 18, et ideò etiam divinæ majestati thronus et sceptrum in Scripturâ tribuitur. Quid quod idem S. Hieronymus in Ephesiam cap. 2, dicit, videri D. Paulum dominationes, potestates, thronos, angelos et archangelos, ex traditione, vel etiam ex mysticâ principum, qui in Scripturis describuntur, intelligentiâ percipisse ac tradidisse?

Tertium demum quod effari statueram, est si è septenariis omnibus excellentis, stalli legere aut cogitare potui, eam in quâ veritatis plus putarem, deligendi mihi optio daretur, excellentiam ego illam septenariam deligerem, quæ à septem iis virtutibus ducitur, quæ homini humanum vitæ hujus cursum peragenti, ad æternam salutem imprimis necessariae sunt, ut videlicet istorum angelorum opus præcipuum sit, ad illas homines adducere, cohortari et juvare, idèoque et contrariis omnibus

adversari ac obsistere, idque hoc modo ut singuli quidem ad omnia quæ Deo grata nõrunt, invitarent, opemque ferrent; singulorum tamen una veluti princeps cura et opera in earum virtutum unâ excitandâ, custodiendâ et amplificandâ consumeretur. Virtutes porrò illæ sunt, fides, spes, charitas, prudentia, justitia, temperantia et fortitudo, vel quæ vitis capitalibus opponuntur, animi demisso, liberalitas, castitas, cæteraque chori ejusdem ornamenta, vel quæ in theologiâ vocantur septem dona Spiritus sancti, ita ut ad suam hanc Spartam exornandam, habeant singuli quàm plurimos alios cœlestes spiritus, quos vel ministros hæc illis ablegent, huic vel illi homini adjungant, huic aut illi procuratori præficiant, prout ipsis sum ad munus rectè obendum expedire visum fuerit. Cùm enim antea constitutum sit, septem capitalibus vitis, septem sub Luciferò, demones prepositos, qui, pro immani suo in homines furore illa concitent, urgent, amplificent, cur ex omni angelorum numero, septenos itidem, sub summo imperatore Deo, principes non arbitremur, qui, pro eximio suo in homines studio, eos ad nobilissimarum virtutum amorem excitent, à contrariis illis vitiorum monstris abstrahant, eorum auctores et reges demones compescant, impediunt, exterminent? An ad exitialem illum perdendarum animarum finem, inter immanissimas istas Orci belluas, conspiratio et concordia quaedam veluti politica et regalis coalescere potuit, inter sanctissimas cœlorum mentes ad æternam hominum procurandam salutem, amicitia, fœdus et politia multò præstantior et augustior non existimanda? Sanè apud Isaiam cap. 55, angelos quosdam, pacis angelos nominari videmus, et apud citatum antea Hermiani lib. 1, cap. 12, iterùmque postea non semel angelum penitentia prepositum. Cur, nisi quia hic ad penitentiam, illi ad pacem potissimùm, peccatores et dissidentes homines vocabant? Septem ramorum candelabrum in tabernaculo, Exodi 25, et in Apocalyps. cap. 1, candelabra septem, non septem angelos, qui virtutum splendore orbem illustrent, notant? De fœnestis verò illis demonomiorum regibus dicebam, fortè in totum orbem singulis esse potestatem, demandatas ipsis scelorum pestes dispergendi et adangendi; fortè in certas tantùm regiones et provincias; nùm de bonis sanctisque istis angelis idem videtur? nùm eorum singulis in totum terrarum orbem, quoad demandata

honestatis functionem, jus est? an certis potius eorum potestas terminis continetur? Nam in septem partes mundum à quibusdam olim divinum ostendit Rabbi Joseph Camius in Ps. 47, vers. 2: « Creator excelsus mundum creans, divisit illum in septem partes, quæ vocantur Arabicè, ait, *alcimim*, Græcè *climata*, et in lingua sanctâ *nophath*, et quod libet clima proprium habet aerem. » Huc tamen animo potius rapior, ut nullis regionum ullarum limitibus eorum circumscribatur imperium et auctoritas, sed longè latèque omnes in oras et terras proferatur; ubique ad veram honestatem et officium mortales invitent; contra dæmonum insidias pro nobis stent, teherarum principum impetus, machinationesque omnes, quoad hominum liberum sinit arbitrium, dissipent et confringant. Nihil enim cause est, cur eorum angustetur ditio, etiamsi certos intra terminos dæmonum vis coereatur; de amicitissimis Deo spiritibus splendidius aliquid philosophari non liceat? ut dignitatis videlicet plus obtineant multoque latius dominantur? Innuit hoc Apocalypsis, dum cap. 5, in omnem eos terram emitti, Zacharias, dum cap. 4, per universam terram discurrere ostendit; quin ille jam semel iterùmque citatus Hermas, dum lib. 1, visione 3, universam is terram traditam memorat. Quid quod episcopus olim diaconi septem, qui, eorum in diocesi totâ oculi dicebantur, aderan? At episcopus omnium maximus, Deus est; ejus diocesis mundus totus, in quo, ut supra etiam ex Propheta dictum, septem hi spiritus oculorum vice quâdam funguntur, non quod illis, uti homines episcopis, egeat; sed eandem ob causam, ob quam secundas ad rerum actionem et mundi gubernationem, causas adhibere dignatur. Ob ipsius verò numeri præstantiam, hunc angelorum numerum à Deo constitutum, nobisque ab eo patefactum esse, ne credam facit, quod numeri alicujus dignitas à numeratarum mihi rerum dignitate duenda videtur, non contra. Quid enim numerus est? cui ne hoc quidem philosophi nobiles tribuunt, ut in entium realium numero, quem apud alios obtinuerat locum retineat, uti apud eruditissimum Fonsecam nostrum lib. 1 Metaphysic., cap. 13, quæst. 4, sect. 2, videre est. Ut verò eorum à septem errantibus stellis principatus repetatur, probabile facere queat, veterum quorundam Hebræorum, si antea citato Agrippæ credendum, auctoritas, cujus aliquod fortè apud Eusebium lib. 9 Preparat.

in versibus, quos de septem cœlestibus visis zonisque citat, videatur. Deinde, quod Mosaium septem brachiorum candelabrum Josephum lib. 3 antiq. cap. 7; Philo libro Quis verus divinarum hæres, et lib. 3 de Vita Moysis, imitatum sunt planetarum illorum numerum et elegantiam. Nullum tamen angelicæ hujus, quæ illis tributa sit præfecturæ vestigium, neque in Scripturis, neque in Patribus videre adhuc potui, et non immeritò suspectum sit, quod in hæreticorum tam multorum dogmatibus reponendum putavit S. Epiphanius, quod tam multis postea et commentis et superstitionibus vel Rahani quidam Cabalici, vel obscuri, suspectæque probitatis alii, et hos recentiores quidam secuti amplificaverunt. Adèò ut, quemadmodum vidimus, sese tam seriò Trilemum excusare nitatur, quin et ipse, sed nimum generatim, Agrippa in librorum illorum de occultâ philosophiâ, præfatione. Posset quidem aliquis omnes aut hæreticorum veterum, aut Cabalistarum aliorumque errores detrudere, istamque veluti opinionem lustrare ac depurare, sicutque ipsam tueri. Sed suo id alius judicio faciat. Est de septem principum angelorum Oratibus libellus. Eum, prout anno 1594, Neapoli editus est, si quis aspiciat, et videat septem planetarum orbis elegantis descriptio imaginæ, primo aspectu putet, in hæc ipsa sententiâ esse, qui precum imaginumque illarum editor primus dicitur. Verum ut vetus illud Josephi symbolum oculis subjiciatur, imago hæc appicta videtur, quemadmodum indicat auctoritas illius præfatione, quam quia illam quam proposui de candelabro sententiam confirmat, simulque alia non inutilia brevissimè proponit, totam hic subiungam.

« ANTONIUS DUCA, rector ecclesiæ

« septem principum angelorum

« Panormitanæ, pississimi lecto-

« ribus sanctorum angelorum

« auxilium. »

« Candelabrum de partibus septuaginta, et viri christianissimi, quod Moyses Dei mandato aureum composuit, ex Josepho D. Hieronymus mundum cum septem stellis errantibus scribit significasse; et per illud à D. Anselmo quoddam templum spirituale mirabiliter describitur. Nos et Josephi, et D. Joannis Evangelistæ auxilio adjuvi, triumphantem Ecclesiam cum septem spiritibus ante Deum astantibus, instar cujus militans



« Ecclesia cum septem episcopis ardenti purâ indutus existit, significare censemus; nec non septemembre templum à sanctis martyribus, ædificatum Romæ ex vaticinio Esaiæ ostendimus: ut quemadmodum in mirabili Judæorum candelabro, ita in mirabili Christianorum templo Deum mirabilem prædicamus. Valet felicitet. » In aliis verò philosophationibus, præter ipsam philosophari, nihil video.

QUÆSTIONULA LVII.

QUODNAM ANGELOREM SEPTEM QUODNAM EX HOC LIBRO MUNUS COLLI GI POSSIT?

Ita de istis agam, ut, quò major hinc percipiatur utilitas, de aliis etiam angelis aliquid interdum attingam. Bipartitio igitur eorum considerari munus potest. Primò ex iis, quæ hoc ipso capite tradit S. Raphael; deinde ex aliis, etiam, quæ toto ipso libro agit et loquitur. Hic ergo vers. 15: *Ego, ait, sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui stamus ante Dominum.* Astare verò ante Dominum dupliciter Angeli dicuntur: Primò divinæ Majestatis ministro; deinde eandem contuendo, ex eoque contutu summam æternamque felicitatem hauriendo; idque fit rursum dupliciter: primò in celo empyreo, ubi, singulari quodam modo, divinæ majestatis solium est; deinde, aliis in locis. Si *astare* igitur pro ministrare, Deumque intueri sumatur, sic ei semper et ubique Angeli astant, quia et Deus ubique et ipsi beatissimam ejus faciem ubicumque locorum sint, vident, Matth. 18. Quia verò non ubique, modo illo celesti, divinâ majestatis in solo suo conspicitur, ideo interdum à Deo mitti, ab eoque recedere, et ad ipsum deinde reverti Angeli dicuntur, ut ait Damascenus lib. 2. capite 5. Primò astandi modo hic, *astare* sumitur, ideoque in Hebræo pro, *astare ante Dominum*, legitur, *ministrare ante dñm gloriæ*. In quibus verò Græcis, *egredi à conspectu gloriæ ipsius sancti*; qui est Deus benedictus. In Græcis Romanis correctis, *ingredi coram sancto Deo*. Et foris tam *egredi* quam *ingredi* conjungendum, ut ipsa eorum ministratio magis significetur. Quemadmodum enim ministrorum est, dominis *astare*, ita etiam ad eorum nutum *ingredi* et *egredi*, nuntios ac renuntios agere. Unde D. Cyrillus libro de exhortatione martyrii locum ita istum citat: *Assistimus, et conversamur ante faciem Dei*. Et libro de oratione Dominicâ: « Ego sum Raphael, unus ex septem angelis

justis, qui assistimus et conversamur ante claritatem Dei. » Eodemque modo libro de immortalitate, nisi quòd angelos sanctos vocat, quos *justos* dixerat. Citat eodem etiam modo D. Augustinus sermone 126. Dices, cum primo illi ministrandi modo, semper et ubique angeli Deo adsint, quomodo vers. 20; vult ad illum Raphael reverti? Qui enim revertitur, absuit. Responderi posset assistisse quidem priore modo semper: sed non omnium postremo, sicque ad Deum perfruentium reverti, ut ante dicebam. Concedo tamen postremo etiam modo, astandi verbum sumi sed astamus valet, *astare solemus*, id est, ministrare, quemadmodum et S. Gabriel Luca 1. vers. 19, ait: *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum*, id est, *astare solo*, prout Græcum indicat participium, *ἵστη ἀπὸ τῆς προῆς ἐκπεριμένον ἰσθμῶν τῷ θεῷ*, quod dñm non expendit Erasmus, verit, qui *astati ante Deum*, quasi tum non *astare* Gabriel. Scholasticis ferè aliud esse putant, *Deo assistere*, aliud, *ministrare*. Assistere siquidem esse velut, Deo assistere, ministrare verò, nitito ad quidpiam agendum; Hebræicis tamen idiotisimus distinctionem istam non postulat.

Primum ergo Angelorum istorum munus est, Deo tanquam domino et regi maximo; humillimorum et obsequentissimorum ministrorum instar, semper astare, ejus nutum expectare, ejus imperatû confessionis quodlibet agere, quolibet vadere, rerumque humanarum curam suscipere. Atque hinc ob causam etiam, *oculi* vocantur, ut sit loco citato Clemens. Vocantur et *corina*, quia pro hominum salute contra hostes ferocissimos demones præstantur. *Lampades* etiam Apocalypcos 4, dicuntur, *ante Dei thronum*, quia et summa ipsi; claritate circumfulgent; et eos, ad quos mittuntur, luce quâdam insigni collustrant.

Alterum eorum munus est, hominum preces divinæ bonitati offerre; prout supra, cap. 5, expositum; et in Græcis correctis hoc loco dicitur: *Ego sum Raphael unus ex septem angelis sanctis, qui Deo sanctorum preces offerunt.*

Tertium est bene agentibus adesse, ut in Græco et Hebræo hic exprimitur. Delectantur enim eorum, qui puritatem, Deique cultum diligunt, vita odunt, virtutes amplectuntur, consuetudine. Videatur S. Nilus, epistola ad Anastasium, ubi ait S. Chrysostomus semper angelos in templo vidisse quoties oblatio fieret, sicut et Leonius apud Sophronium in Prato cap. 4. Unde et Chry-

ost. 21, in Acta: « Non dubites, ait, assistere angelum quando Christus assistit, Christus immolatur. » Similia homilia 5 in Epist. ad Ephesios, ad Hebræos et oratione 3 contra Anomæos, lib. 6, de Sacerdotio, cap. 7; D. Gregorius 4 Dialog. c. 58, Paschasius epistola ad Berengarium, V. Beda in Lucam, Aquigranense concilium c. 151, 152. Universè verò D. Augustinus, Soliloquiorum cap. 27: « Quoties, ait bene agimus, gaudent angeli et tristantur demones; quoties à bono deviamus, diabolum lætificamus, et angelos suo gaudio defraudamus. » Idemque prorsus testatur S. Antonius epist. 5. Climac. 4, gradu 20.

Quartum, ad opera bona hortari, ut isto cap. vers. 8, et sequentibus, ideoque et hic in Hebræo, cum ad alia tum ad elemosynam hortatur S. Raphael: « Melius, ait, est in Dei conspectu elemosynam assidue facere, quam auri argentique thesauros congregare. » Et vers. 18, ad Deum laudandum cohortatur: *Ipsum, ait, Deum benedicite, et cantate illi.* Et vers. 9: *Benedicite Deum caeli, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit misericordiam suam.* Unde D. Augustinus sermone 126: « Non ipsum honorem gratiarum mihi deputatis, ait angelus, quia meis viribus nihil percepistis. Deum benedicite, et illi confitemini, et ipsum glorificate, quia fecit vobiscum bona. »

Quintum. Docent etiam hi sancti angeli nos theologiam, id est, quæ ad fidem, moresque bonos faciunt, ut jam dictum, et ex toto libri decursu patet clarissimè. Docent physicam et medicinam, si quando res usque postulet. Numquid enim hepar illius piscis, et fatus ex eo, vim ostendit Raphael? Nonne in felle, quamquam aliàs amarissimo, quanta sanitatis dulcedo contineretur, indicavit? ideoque angelos *hominum pedagogos* vocat S. Athanasius libro de communi essentia; et D. Chrysost. 1. 5 ad Collossenos, quemadmodum et gentilibus atquin auctor, Seneca, epist. 5, sed loquitur ipse S. Chrysostomus: « Unusquisque, ait, credentium, angelum habet. Nam et ab initio quisque virorum celeberrimum ac probatum angelum habebat, quemadmodum Jacob dicit: *Angelus qui pascit me, et qui liberavit me à juventute meâ.* Si ergo angelos habemus, sobrii simus, tanquam si pedagogi quidam nobis adessent. Adest namque et demomon, propterea oramus ac dicimus, peccantes angelum pacis. Et ubique pacem petimus. Nulli enim illi adæquari potest. In

« Ecclesiis pacem, in precationibus, in supplicationibus, in prærationibus, et semel, iterum atque tertio, et sæpe eandem, qui Ecclesiæ præest, imperit dicens: Pax vobis. » Nonne ad S. Ambrosii concionantis aures angelus ita clarè stabat, ut eo aspectu Arianus, alioqui contumax, catholicam ad fidem converteretur, S. Paulino in illius Vita scriptore. Sic simplicem quemdam, hominem alioqui minime malum, ab hæresi ad Catholicam fidem revocant angelus, apud Sophronium, cap. 478, cum boni quosdam senis admonitionem hanc approbasset: « Non tibi ultra contingat, ut extra sanctam catholicam, et apostolicam Ecclesiam communi-ces. » Sic et Natolium, variorum incommodorum Christi Jesu causa susceptorum, gloria inclytum confessorem, sed in hæresin aliquando prolapsam, itidem admonet, imò et verberibus adigunt sancti angeli apud Eusebium lib. 5, historiæ, cap. ultimo. Adjungi autem consulto illud: *Si quando res usque postulet*, ne ab angelis profecta jactet quispiam, quæ vel ab ipsis aliena, ut illi, do quibus S. Paulus ad Coloss. cap. 2, vers. 18, vel que secundum divinam institutionem, ab Ecclesiâ, ejusque magistris et membris ordinariè accipienda, ut monet S. Augustinus præfatione librorum de doctrinâ Christianâ, et lib. 4 contra Felicem, cap. 10. Unde et apud citatum paulo ante Sophronium, cap. 199, dicebat angelorum ipsorum quidam: « Deus ita dispositus, ut per homines conjungantur homines. »

Sextum: Demones propulsant, nosque contra illos egregiè tuentur, prout supra patuit cap. 8. Pugnat enim adhuc Michael et angeli ejus contra draconem et angelos ejus, Apocalyps. cap. 12. S. Posthumus in suo ad fratres sermone: « Si adversus vos, ait, conveniat castre dæmonum, potestis vos multum adjuvari agminibus angelorum. » S. Hieronimus in Psalmum 124: « Iis, ait, qui stare volunt in Ecclesiâ catholica, non desunt sanctorum custodia, et angelorum munitiones. » Et rursum: « Angeli Ecclesiæ quâdam custodia circumspiciunt. » Atque hæc pertinet, quod Eliseus aiebat 4 Reg. cap. 6, vers. 16: *Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis.* Et quod apud Sophronium cap. 57.

Septimum, à pluribus corporum periculis homines liberant, ut in Raphaelæ nostro vidimus, qui juniori Tobie periculi, tanto in futurum, nihil venire passus est; ipsum è piscis



immanis faucibus eripuit, senioreni Tobiam à gravissimâ cæcitate curavit, Saram, ipsumque juniorem Tobiam, adeoque totam Raguelis domum ab infestissimo demonum furore liberavit. Unde vers. 14: *Misit me* (Raphaëlis verba sunt) *Dominus, ut curarem te; et Saram uxorem filii tui à demonio liberarem, sen, ut citat lib. de Oratione Dominicâ, et libro de mortalitate S. Cyprianus: (Me misit Deus curare te, et Saram nurum tuam.)* Sic S. Isacius apud Metaphrastem, mediis in spinis, ab angelis conservatur. S. Franciscus apud S. Bonaventuram, musico concentu à morbo difficillimo releveratur, ut recte videatur cecidisse, quiscripsit: *Aspicere quæ cæli sint gaudia: corpore morbum*

*Angelico removeet pectine tacta chelys.*

Octavam, cum, ad Dei gloriam et animorum salutem facere intelligunt, opes etiam, honestas nuptias, splendidas affinitates, et omnia bona procurant, quemadmodum in Raphaële nostro vidimus, ut merito Dei oculi, Imò et contra vocari possint. Videatur Cyrillus lib. 4 contra Julianum, Eugubinus de perenni philosophiâ, lib. 8, cap. 5, et sequentibus, Origenes in Numeros homil. 20 et 25; Epictetus Ariani lib. 1, cap. 14, et Seneca, epistolâ 110, ubi quæ à veteribus Israelitis vel Christianis mutuati sunt, explicant.

Nonum, interdum etiam nos tentant; sed eo modo quo Deus, qui aliqui *intentator malorum est*, Jacobi vers. 15, tentare homines dicitur, ut Abrahamum 8, Genes. 22, Israelitas et alios Exodi 15, 16, 20; Sapientie 5, Jacobi 1, vers. 2. Hæc enim tentatio nisi virtutis probatio, exercitatio et demonstratio est. Atque hoc in Græco significatur, et apud Cyprianum locis jam citatis, dum ita loquitur S. Raphaël: *Quia non es cunctatus exurgere et derelinquere prandium tuum, sed obiisti et sepe- listi mortuum, missus sum tentare te.*

Decimum, angelorum istorum munus est, eos qui variis è proposito jam genere tentationibus, molestiis ac asperitatibus exerciti fuerint, suavissimè tandem consolari. Quanto enim et quàm suavi solatio cæcatur olim Tobiam, tristi maritorum cæde morientem Saram, parentis incommodo indolentem filium, illæ tam repentinis tamque funestis viduitatibus contreritis parentes, Raphaël ad extremum perdidit! Sed omnium maximè solent id sancti angeli facere, cum ex hæc nobis vitâ demigrandum: cum jamjam è corpore avolat animus, cum supremi judicis adit tribunal. Pleni exemplorum de sanctorum histo-

riis codices, viderique potest divus Chrysostomus lib. 6, de Sacerdotio, Gregorius Magnus in dialogis, Gregorius Turonensis libro de gloriâ Martyrum, et libro de gloriâ Confessorum, alii præ omnibus tamen D. Lucas cap. 16, cum beatissimam Lazari, qui ulceribus, fame, morboque paulò ante confectus, non in domo, vel tuguriolo saltem aut stabulo quopiam, sed in plateâ sub dio, et ante divitis januam, et inter canes jacebat, mortem describit. *Factum, ait, est, ut moreretur mendicus, et portaretur ab Angelis in sinum Abrahe.* Unde et ipse paulò post Abraham: *Lazarus, ait, nunc hic consolatur.* Ideoque ipsa etiam Ecclesia, dum supremum aut morientem aut mortuo alicui præstat officium, *Aperiantur, ait, ei cæli: collentur illi angeli. Suscipiat eum sanctus Michael archangelus Dei, qui militia cælestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti angeli Dei, et perducant eum in civitatem celestem Jerusalem. Subvenite, sancti Dei, occurrere, angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.* Quæ etiam usitatissima et vetus Hebræorum, in suorum funeribus, precandi ratio est, ut ex vulgato eorum libro Mahzor patet, ubi sit: *Angeli pacis, egredimini in occursum ejus: portas paradisi voluptatis reserate illi; atque pacem ipsius adventui denuntiate. Custodes thesaurorum horti Eden, patefacite ei portas Eden.*

#### QUÆSTIUNCULA LVIII.

QUOMODO SEPTEM HI ANGELI A QUIBUSDAM VOCENTUR?

Exstat de septem angelorum principibus in Italiâ, libellus quidam semel, iterum et sæpius excusus, variisque illorum imaginibus ornatus; primò quidem operâ Antonii Ducez, et supra vidimus, deinde et aliorum studio. Is septem hosce angelos septem hisce nominibus indiguit, ut primus sit *Michael*; secundus *Gabriel*; tertius *Raphael*; quartus *Uriel*; quintus *Schealtiel*; sextus *Iehadiel*; septimus *Barachiel*. Primi nominis interpretatio est: *Quis sicut Deus?* Secundi, fortitudo Dei; tertii, supra posita cap. 5; quarti, lumen Dei; quinti, petitio Dei; sexti, laus seu confessio Dei; ultimi, benedictio Dei. Et quartum quidem Urielis nomen disertim consignatum est lib. 4 Esdræ cap. 4 et 6. Quintam exsculpunt nonnulli ex Genes. 18; sextum ex cap. 25 Exod.; septimum ex Genesios 18. Audio etiam angelorum, istis cum nominibus, picturas, in templis quibusdam, reperiri. Est urbs Germaniæ

nostræ ampla et splendida, quæ, cum religione catholicam, ejusque sanctos, et eorum tam imagines, quam nomina funditis, contra laudatissimos majorum suorum mores, extirpata cupiat; suum tamen, superioribus hisce annis, calendarium edidit, in quo non septem tantum, sed octo angelos poneret, eorumque non nuda tantum nomina, sed et affabrè sculptas imagines, et quidem è Scripturâ historiis capitibusque annotatis, quasi ii exinde angeli haberentur, circumcirca imprimeret. Sunt autem hæc, in quibus à prioribus illis discrepantiam videt quilibet; nomina *Michael, Gabriel, Raphael, Uriel, Malthiel Zadkiel, Peliel, Raziel.* Apud Tritemium verò libro antè citato de Secundis, ita fidem isti nominantur. Primus *Oriphel*, secundus *Anael*, tertius *Zachariel*, quartus *Raphael*, quintus *Samael*, sextus *Gabriel*, septimus *Michael.* Henricus porro Cornel. Agrippa lib. 3 de occ. Phil. cap. 24, paulò ante verba quibus hos esse septem de quibus Scriptura loquitur, ostendit, suntque superiore quâdam quæstioncula recitata, istum in modum scribit: *Accepimus ab antiquis Hebræorum patribus, nomina angelorum præsidantium planetis atque signis. Saturno, Zachariel; Jovi Zadkiel; Marti, Camael; Soli Raphael; Veneri, Haniel; Mercurio, Michael; Lunæ, Gabriel.* De istis porro, quid censendum, deinceps exquiremus.

#### QUÆSTIUNCULA LIX.

AN RECTE HÆC ANGELIS ISTIS IMPOSITA NOMINA?

Catholica Ecclesia cum in Litanis, tum aliis in precibus, et ritualibus omnibus, tria tantum nomina recipit et usurpat: cætera non item. Et verò Glycæ Byzantini in Anualium parte teriti hæc oratio est. *Appellatio Urielis, quemadmodum reapse sapiens Psellus scripsit, nec prisci fœderis libris, nec novi continetur; sed extat in libro quodam Hebraico, qui inscriptionem habet: Precatio Josephi, et apocryphus est.* Ita ille. Quòd si verò propter apocrypham Esdræ scripturam probatur Uriel, cur non etiam Jeremiel? Sic enim lib. 4, cap. 4, vers. 56: *Respondit ad ea Jeremiel archangelus.* Clarissima verò et notata dignissima sunt quæ in Germaniâ nostræ Apostoli S. Bonifacii Historiâ lib. 2, leguntur. Impius quidam hereticus Adelbertus, cum sese Apostolis æquipararet, multaque impus hereticorum nostrorum dogmatibus, de sanctorum templis, de peccatorum confessione, abisque id genus, consimillima doceret, addebat, epi-

stolam se et precationem è cælo accepisse, et in hæc ipsâ octo angelorum nomina, in quibus et *Uriel* erat, quasi divinitus missa recensebat. Quid verò S. Bonifacius? *Ex octo istis angelis, unus tantum, sit, est S. Michael: reliqui septem potius demones.* En quo loco Psellus et S. Bonifacius *Urielis* nomen habent! Gravius tamen auctoritatis momentum, è Romano concilio, in eadem historiâ, est, dum de angelorum nominibus quamdam veluti fidei professionem edunt congregati Patres, ipseque qui concilium coegerat, Pontifex maximus. Nam cum heretici illius Adelberti charta prolata esset, subditur in concilio: *Subscripta est et lecta oratio, cujus initium tale erat: Domine Deus omnipotens, Pater Domini Jesu Christi, et a et o, qui sedes super septimum thronum, et super Cherubin et Seraphin; pietas magna et dulcedinis satis est apud te, Pater sanctorum angelorum, qui fecisti cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt; te invoco et clamo et invito super me miserum, quia tu dignus fuisti dicere: Quodcumque petieris à Patre in nomine meo, dabit vobis; à te peto, ad te clamo, in Domino Christo confido animam meam. Cùmque per ordinem legere tur, pervenit ad locum, ubi ait: precor vos et conjuro vos, et supplico nil nisi ad vos angelus Uriel, angelus Raguel, angelus Tubel, angelus Michael, angelus Adimis, angelus Thubas, angelus Sabaoth, angelus Simiel.* Dum verò hæc oratio sacrilega et usque ad finem perfecta fuisset, Zacharias sanctus Papa dixit: *Quid ad hæc, sancti fratres, respondetis? Sancti episcopi et venerabiles presbyteri responderunt: Quid aliud agendum est, nisi ut omnia quæ coram nobis lecta sunt igni concrementur, auctores verò eorum anathematis vinculo percellantur?* Octo enim nomina angelorum, quæ in suâ oratione Adelbertus invocavit, et non angelorum, præter Michaelis, sed magis demonum nomina sunt, quos ad prestandum sibi auxilium invocavit. Nos autem, ut è vestro sancto apostolatu edocemur, et divina tradit auctoritas, non plusquam trium angelorum nomina agnosceamus, id est, *Michael, Gabriel, Raphael.* Atque huic concilio cum alii omnes, tum Zacharias ipse subscripsit, rursusque postea in epistolâ 9 confirmavit. Quanti apud nos omnes tanta tanti pontificis, tantique concilii auctoritas esse debet! Neque sanè angelorum nomina plura,